

EPISTOLA

ἀκοντὶ καὶ ἀναμωτὶ, virgulâ verè divinâ totius
 Britanniaë sceptrum tenes, quod cæteroquin
 (ut Prophetæ verbis utar) non nisi conflictatione
 summa, vestimentorum in sanguine
 volutatione, deniq; flammis & incendio nulla
 verisimilitudine futurû fuisset: Dei nostri
 incomparabili & nunquam satis prædicando
 beneficio factum est. Beneficium autè tuum
 cum primis (serenissime Rex) quem ut pax &
 incolumitas civium tuorum plurimùm exhilarat:
 sic mæstum & tristem habuisset, omnia cæde
 & incendio subditorum tuorum completa
 intueri. Beneficium item nostrum eximium &
 singulare, qui mortis, bonorum dissipationis,
 fœminarum violationis, Babylonicæ deniq;
 confusionis sententiam in nos & nostros
 acceperamus. Hic igitur C. T. simul & nobis
 omni contentione vel dimicatione potius
 opus est, ut nostram ad omnem posteritatem
 Deo gratam animorum recollectionem testatam
 relinquamus, qui pluvias in serenitatem,
 tenebras in lucem, procellas & turbines
 in placidam tranquillitatem convertit. Cujus
 tantæ erga nos & tam admirabilis largitionis,
 cum Deus secundum se C. T. ministrum esse
 voluit, nostra omnia officia Principis nomine
 justa, tibi ex tam inexpectata & insperata
 pacis pariter & sanctimoniam fruitione,
 arctiore (si qua fieri potest)

vin-